Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore - Cod. Aug. perg. 12

[Reichenau ?], [1. Hälfte 13. Jh.]

VIIII. Secundum Matheum. [= eu. Matth. 8,1-13.]. Omelia lectionis eiusdem. Dominica. V. post octavam nat. domini. Incipit argumentum in epistolam ad Effesios. Incipit epistola ad Effesios [1,1-4,13].

urn:nbn:de:bsz:31-41531

Visual Library

ficare. uere ex lege esset iustitia. Sed con
clusit scriptura omnia sub peccato, ut pro
missio ex fide ihu xpi daretur creden
tibus. Prius autem quam ueniret fides sub
lege custodiebamur, conclusi in eam fidem
que reuelanda erat. Itaque lex pedago
gus noster fuit in xpo, ut ex fide iustifi
cemur. At ubi uenit fides, iam non
sumus sub pedagogo. Omnes enim filii
dei estis per fidem que est in xpo. Qui
cumque enim in xpo baptizati estis, xpm
induistis. Non est iudeus neque grecus.
non est seruus neque liber. non est ma
sculus neque femina, omnes enim uos
unum estis in xpo ihu. Si autem uos
xpi, ergo semen abrahe estis, secundum
promissionem heredes. Dico autem quanto
tempore heres paruulus est, nihil dif
fert a seruo cum sit dominus omnium, sed
sub tutoribus et actoribus est usque ad pre
finitum tempus a patre. Ita et nos cum
essemus paruuli, sub elementis mundi
eramus seruientes. At ubi uenit pleni
tudo temporis, misit deus filium suum fac
tum ex muliere. factum sub lege,
ut eos qui sub lege erant redimeret,
ut adoptionem filiorum reciperemus.

VIII. SCDM MATHEV.

Illo tempore. Cum descendisset ihc
de monte, secute sunt eum turbe
multe. Et ecce leprosus ueniens adora
bat eum dicens. Domine si uis potes me
mundare. Et extendens ihs manum
tetigit eum dicens. Volo, mundare.
Et confestim mundata est lepra eius. Et
ait illi ihs. Vide nemini dixeris, sed
uade ostende te sacerdoti, et offer
munus quod precepit moyses in testimo
nium illis. Cum autem introisset caphar
naum, accessit ad eum centurio rogans
eum et dicens. Domine puer meus iacet
paralyticus in domo, et male torquetur.
Et ait illi ihs. Ego ueniam et curabo
eum. Et respondens centurio ait.
Domine non sum dignus ut intres sub
tectum meum, sed tantum dic uerbo et
sanabitur puer meus. Nam et ego
homo sum sub potestate constitutus
habens sub me milites. et dico huic
uade et uadit. et alio ueni et uenit,
et seruo meo fac hoc et facit. Audi
ens autem ihs miratus est, et sequentibus
se dixit. Amen dico uobis non inueni
tantam fidem in israel. Dico autem uobis
quod multi ab oriente et occidente ue
nient, et recumbent cum abraham et
ysaac et iacob in regno celorum. Filii
autem regni eicientur in tenebras ex
teriores. Ibi erit fletus et stridor
dentium. Et dixit ihs centurioni.
Uade, et sicut credidisti fiat tibi.
Et sanatus est puer in illa hora.

OMELIA LECTIONIS EIUSDEM.

DOCENTE IN
monte domino discipuli
uenerunt ad eum, sicut
alacres, sicut domesti
ci, sic proximi, sic amici uel fratres.

Ideo et dominus ait ad eos: Vos estis sal terre. et uos estis lux mundi. Hec uero descendente eo de monte. turbe secute sunt eum: que in monte ascendere non potuerunt. ut pigri discipuli. ut neglegentes. ut imperfecti. Ita et filii israel permittuntur in monte ascendere non ualuerunt: ad obuiandum deo pergere non potuerunt propter suam irreligiositatem et impietatem: sed solus moyses ascendit et pauci cum eo seniorum israel. Ita et cum domino discipuli soli in monte ascenderunt. et tardiores deorsum steterunt. Sic et modo uigilantes et alacres et fideles anime dominum timentes. et dominum diligentes. regna celestia desiderantes. dominum semper sequentes. post dominum in illum celestem montem ascendunt. audientes apostolum dicentem. Que sursum sunt querite. que sursum sunt sapite: ubi christus est in dextera dei sedens.

X.

Descendente nunc domino. hoc est inclinante se ad infirmitatem et inpotentiam ceterorum: misertus est enim imperfectioni eorum uel infirmitati: secute sunt eum turbe multe: aliquanti propter caritatem. aliquanti propter doctrinam. aliquanti propter ammirationem et curationem. Et ecce homo leprosus. unus qui curam querebant: qui leuamen desiderabant. Et ecce leprosus ueniens adorabat eum dicens. Domine: si uis potes me mundare. Deorsum currens rogas o homo: et in monte nihil dicis. Quare sic? Quia tempus et tempora omni rei sub celo. Tempus doctrine: et tempus curationis. In monte docuit. illuminauit. monuit animas curauit. corda sanauit: propterea ergo ego illa maiora temptare nolui: illa summa tardare passus sum. Ipsis ergo ab illo completis deorsum eo de monte ad curandum descendente. sicuti de celo. sicuti de celestibus montibus ad saluandos carnales descendente: uenit ergo ad eum homo leprosus: adorans eum: antequam peteret adorare cepit: antequam rogaret culturam ostendit. Adorauit eum pro hoc ipso dominum et dominum eum inuocans.

XI.

Adorabat eum. Sic et illi beati magi. prius procidentes adorauerunt eum: et ita demum ei munera obtulerunt. Eodem modo et nunc iste cadens adorabat: et sic supplicem obtulit postulationem domino dicens. Tu qui digne adoraris. qui merito coleris. te ego ut dominum adoro: ideoque et dominum dico: opere prius contestans. et sic uerba loquens. Per te enim omnia sunt: tu ergo domine si uis: potes me mundare. Voluntas tua opus est: ideo si uis potes me mundare.

Voluisti ut hec inmundissima lepra
sup(er) me ueniret. siue (pro)pt(er) mea pecca
ta ut correptus penituisse(m). siue
(pro)pt(er) prudentia(m) ut mirabilit(er) me
mundans magnificeris. om(n)ia dis
pensans (et) p(ro)uidenter facis. (et) salute(m)
largit(er) tribuis. Siue (er)go hanc le
pram p(ro) meis peccatis portaui. dimit
tens culpas meas munda me. siue
(pro)pt(er) p(ro)uidentia(m) tua(m). mirabilit(er) me
munda. ut ab om(n)ib(us) magnificeris.
D(omi)ne. si uis pot(es) me mundare.
Voluntas tua opus e(st). q(ui)a (et) opera
uoluntati tue obediunt. ideoq(ue)
si uis pot(es) me mundare. Non du
bito. n(on) fallor. n(on) dico sic(ut) ille qui fi
lii salute(m) dep(re)cabat(ur). si quid potes
adiuua nos. s(ed) scio quia om(n)ia pot(es).
ideoq(ue) n(on) potentia(m) peto. n(on) fortitu
dine(m) quero. has enim scio e(ss)e in
deficientes. s(ed) tantu(m) uoluntatem
tua(m) dep(re)cor. (et) sequens uirtus. sta
tim hanc gra(tia)m adimplebit. XII.

Domine. si uis potes me
mundare. n(on) ad beneficiu(m)
tibi ad laude(m) uidentib(us) aut ad mi
raculu(m). (et) p(er)ficiendi doct(ri)na. D(omi)ne.
si uis potes me mundare. Tu p(ri)us
neaman att p(ri)ncipe(m) syrie p(er) helyseu(m)
in iordane tinguens. lepra mun
dasti. tu (et) m(odo) si uis. pot(es) me mun
dare. Cui respondens d(omi)n(u)s ait.

Confiteris q(ui)a ego possum. p(ro)fiteris q(ui)a
si ego uolo fit. ideo uolo. mundare.
Voluntate(m) p(re)caris. potentia(m) confiteris.
uolo. mundare. Magnifice credis.
magnifice (et) mundaris. Plenissime
confiteris. plenissime letificaris. Volo.
mundare. Non dubitasti credere.
n(on) tardo sanare. Non distulisti con
fessione(m). n(on) differa(m) te mundare. Vo
lo. mundare. Et ut magna(m) gra(tia)m ti
bi ostenda(m). manu(m) ad te porrigo.
Extendens itaq(ue) manu(m) ih(esu)s tetigit
eu(m) dicens. Volo. mundare. Et qua
re tetigit eu(m) d(omi)n(u)s. cu(m) lex p(ro)hibuisset
lep(ro)sum tangere? P(ro)pter hoc teti
git. ut ostendisset quia omnia
munda mundis. q(ui)a alio(rum) alius n(on)
adherent inq(ui)namenta. q(ui)a extranea
inmunditia (et) inmaculatos n(on) co
inquinat. S(ed) adhuc (pro)pt(er) quid teti
git? Ut humilitate(m) demonstrasset.
ut nos doceret nullu(m) spernere. nul
lum horrere. nullu(m) contemptibile(m)
ducere (pro)pt(er) corporis lesione(m) aut ma
culatione(m). que adeo inmittunt(ur)
p(ro) qua ipse scit ratione. Dom(inica) V.
post oct(avam) nat(ivitatis) d(omi)ni. Incipit ar
gumentu(m) in ep(istu)lam ad ephesios

Ephesii sunt asiani. Hii ac
cepto uerbo ueritatis. per
stiterunt in fide. Hos collaudat
ap(osto)l(u)s. scribens eis a roma de carcere

cere per tithicum diaconem. Sciendum sane quia hanc epistolam quam nos ad effesios scriptam habemus heretici marciani maxime ad laudicenos attitulant.

EXPLICIT ARGUMENTUM.

INCIPIT EPISTOLA AD EFFESIOS. Lc. I.

Paulus apostolus ihesu christi per voluntatem dei sanctis omnibus qui sunt ephesi et fidelibus in christo ihesu. gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo. Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in celestibus in christo. sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti et inmaculati in conspectu eius in caritate. II.

Qui predestinavit nos in adoptionem filiorum per ihesum christum in ipsum secundum propositum voluntatis sue. in laudem glorie gratie sue. in qua gratificavit nos in dilecto filio suo. in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secundum divitias gratie eius que superhabundavit in nobis in omni sapientia et prudentia. ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis sue. secundum beneplacitum eius. quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum. instaurare omnia in christo que in celis et que in terra sunt in ipso. In qua etiam sorte vocati sumus predestinati secundum propositum eius qui omnia operatur secundum consilium voluntatis sue. ut simus in laudem glorie eius. qui ante speravimus in christo. In quo et vos cum audissetis verbum veritatis. euangelium salutis vestre. In quo et credentes signati estis spiritu promissionis sancto. qui est pignus hereditatis nostre. in redemptionem adquisitionis. in laudem glorie ipsius. III.

Ego audiens fidem vestram que est in domino ihesu. et dilectionem in omnes sanctos. non cesso gratias agens pro vobis memoriam vestri faciens in orationibus meis. ut deus domini nostri ihesu christi pater glorie det vobis spiritum sapientie et revelationis in agnitione eius. illuminatos oculos cordis vestri. ut sciatis que sit spes vocationis eius. que divitie glorie hereditatis eius in sanctis. et que sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credidimus secundum operationem potentie virtutis eius quam operatus est in christo. suscitans eum a mortuis. et constituens ad dexteram suam in celestibus. supra omnem principatum et potestatem et virtutem et dominationem. et omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo sed etiam in futuro. et omnia subiecit sub pedibus eius. et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam. que est corpus ipsius.

plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur. IIII.

Vos cum essetis mortui delictis et peccatis vestris in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius secundum principem potestatis aeris huius spiritus qui nunc operatur in filios diffidentie. In quibus et nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostre facientes voluntatem carnis et cogitationum et eramus natura filii ire sicut et ceteri. Deus autem qui dives est in misericordia propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis convivificavit nos in Christo cuius gratia sumus salvati et conresuscitavit et consedere fecit in celestibus in Christo Iesu ut ostenderet in seculis supervenientibus habundantes divitias gratie sue in bonitate super nos in Christo Iesu. Gratia enim salvati estis per fidem et hoc non ex nobis. Dei enim donum est non ex operibus ut ne quis glorietur. Ipsius enim natura sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis que preparavit deus ut in illis ambulemus. V.

Memores estote quod aliquando vos gentes qui eratis in carne qui dicimini preputium ab ea que dicitur circumcisio in carne manufacta quia eratis illo tempore sine Christo alienati a conversatione Israel et hospites testamentorum promissionis spem non habentes et sine deo in mundo. Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine Christi. Ipse est enim pax nostra qui fecit utraque unum et medium parietem maceriae solvens inimicicias in carne sua legem mandatorum decretis evacuans ut duos condat in semetipsum in unum novum hominem faciens pacem et reconciliet ambos in uno corpore deo per crucem interficiens inimicicias in semetipso et veniens evangelizavit pacem vobis qui longe fuistis et pacem his qui prope quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. VI.

Iam non estis hospites et advene sed estis cives sanctorum et domestici dei superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino in quo et vos coedificamini in habitaculum dei in spiritu sancto. Huius rei gratia ego paulus vinctus Christi Iesu pro vobis gentibus si tamen audistis dispensationem gratie dei que data est mihi in vobis quoniam secundum revelationem notum mihi factum est sacramentum sicut supra scripsi in brevi prout potestis legentes intelligere prudentiam

meã in mysterio xpi. Quod aliis gene
rationib; non est agnitũ filiis hom
num sic nunc reuelatũ ē scis aplis
ei & pphetis in spũ. eẽ gentes cohe
redes & concorporales & comparticipes
pmissionis ei in xp̄o ihu. p euglm
cui factus sum minister. secdm grãm
di que data ē m. secdm opationẽ
uirtutis ei. Mihi aut omniũ scorũ
minimo data ē grã hec. in gentib;
euangelizare inuestigabiles diuiti
as xpi & illuminare omis. que sit
dispensatio xpi sacramti abscon
diti a sclis in dō. qui omia creauit.
ut innotescat principib; & potesta
tib; in celestib; p ecclam multifor
mis sapientia di secdm pfinitionẽ
sclorũ quã fecit in xp̄o ihu dno nro.
in quo habem fiduciã & accessum
in confidentia p fidem eius. VII.

Peto ne deficiatis in tribula
tionib; meis p uobis. que
ē glã urã. Huius rei grã flecto genua
mea ad patrẽ dni nri ihu xpi. ex
quo omis paternitas in celis & in tris
nominat. ut det uob secdm diuiti
as glẽ sue. uirtute corroborari per
spm eius in interiori homine. ha
bitare xpm p fide in cordib; uris.
In caritate radicati & fundati. ut
possitis cõprehendere cũ omnib;
scis. que sit latitudo. longitudo.
& sublimitas & pfundũ. scire etiã
sup eminentẽ scientie caritatẽ xpi.
ut impleamini in omnẽ plenitudi
nẽ di. Ei aut qui potens est omnia
facere sup habundant quã petim
aut intelligim. secdm uirtutẽ que
opatur in nobis. ipsi glã in eccla
& in xp̄o ihu. in omis generationes
scli sclorũ amen. VIII.

Obsecro uos frs ego uinct
in dno. ut digne ambuletis uo
catione qua uocati estis. cũ omi
humilitate & mansuetudine. cũ
patientia supportantes inuicem
in caritate. solliciti seruare unita
tem spc in uinculo pacis. Unum
corpus & unus spc. sic uocati
estis in una spe uocationis urẽ.
Unus dns. una fides. unũ baptis
ma. unus ds & pat omniũ. qui
sup omis & p omia & in omib; uob.
Unicuiq; aut nrm data ē grã se
cundũ mensurã donationis xpi.
ppt qd dicit. Ascendens in altum.
captiuã duxit captiuitatẽ. dedit
dona hominib; Quod aut ascen
dit. quid est nisi quia & descen
dit pmũ in inferiores partes trẽ.
Qui descendit ipse est & qui ascen
dit sup omis celos. ut adimpleret
omia. Et ipse dedit quosda quide
aplos. quosda aut pphas. alios uero

euglistas· alios uero pastores & docto
res· usq; ad cōsummationē scōꝝ in
opus ministerii· in edificationem
corporis xpi· donec occurram omīs
in unitatē fidei & agnitionis filii
dī· in uirū pfectū· in mensurā plen
itudinis xpi· Sc̄dm Mathm·

In illo temp̄· Ascendente ihū in
naviculā· secuti sunt eū discipli
ei· Et ecce motus magnus factus
ē in mari· ita ut navicula operire
tur fluctib; Ipse uero dormiebat·
Et accesserunt· & suscitauer eum
dicentes· Dn̄e· salua nos perimus·
Et dicit eis· Quid timidi estis mo
dice fidei· Tunc surgens impauit
uentis & mari· & facta est tran
quillitas magna· Porro· homines
mirati sunt dicentes· Qualis est
hic· Quia uenti & mare· obedi
unt ei·

OMELIA LECTIONIS eiusdem·

INGREDIENTE
dn̄o in naviculā· secuti sunt eum
discepli ei· non imbecilles s; fir
mi & stabiles in fide· mansueti
& pii· spernentes mundū· non
duplici corde s; simplici· Hi g̃
secuti sunt eū· n̄ tantū gressus
ei sequentes· s; iustitiā eius cōsectan
tes· Et ecce tempestas magna fac
ta ē in mari· ita ut navicula ope
riret fluctib; Cum enī multa
magna & miranda ostendisset in
terra· transiit ad mare· ut & ibidē
adhuc excellentiora opera demon
straret· quatin terre; marisq; dn̄m
se esse cunctis ostenderet· Ingres
sus uero naviculā· fecit turbari
mare· commouit uentos· concita
uit fluctus· Cur hoc· Ideo ut di
scipulos mitteret in timorē· & suū
auxiliū postularent· suaq; poten
tiā rogantib; manifestaret· Illa
tempestas n̄ ex se se oborta ē· sed
potestati paruit impantis· ei qui
educit uentos de thesauris suis·
q terminū mari harenā cōstituit·
Dixit enī ei· Usq; huc uenies & non
sup gredieris· s; in temetipso con
fringent fluctus tui·

Omnium ergo iussio
ne & pcepto orta est tempestas
in mari· ppt occasiones superi me
moratas· facta ē tempestas mag
na & n̄ pusilla· ut magnū opus
& n̄ pusillū ostenderetur· Quantoq;
fluctus navicule irruebant· tanto
magis timor disceplos cturbabat·
ut plus magis desiderarent adli
berandū se· mirabilia saluatoris·
Dn̄s uero dormiebat· O res mira
bilis & stupenda· Ille q nūquā ob
dormit dormit· Ille q celū & terrā
gubernat dormit· Ille qui nunquā